

M I M

1 6 4 8



~~C. 6. 5~~  
Ll, 2, 3.

30 B 10.

In usum Pedagogii  
Regii Glauchensi

123  
PROPEMPTICA,

*Ad*

Tendentem in ardua,  
GENEROSUM VIRUM-JUVENEM,  
Virum Virtuti simillimum, &  
in quantū intelligi Virtus potest,  
laudandum;

DN. GEORGIUM Palbickij

à Nemitz!

Equitem Pomeranum;

*Cum*

Ex Academiâ Viadrinâ, laudibus, quantæ  
homini parari, aut optari ab homine  
possunt, publicè ac privatim  
reportatis,

Vitæ ac morum formandorum,

EXEMPLAR

sine exemplo  
propositus;

&

Recti MENSURA Votî

factus;

12. Cal. Nov. An. Domini c<sup>o</sup> l<sup>o</sup> cxxxvi.

reditum sibi in Patriam

pararet;

SCRIPTA

à

FAUTORIBUS & AMICIS.

---

Litèris MICHAELIS KOCHII.

*Ad*

Genere ac Virtute Nobilissimum  
& Doctissimum

DN. GEORGIUM Palbitzky  
à Remis / &c.

**A**ntiquis in divitijs, aut stemmate, stemma  
Nobile, Nobilium ponere TURBA solet.  
In Virtute Tuâ, Palbitzky / Nobile, Juris  
Caesarei & doctâ cognitione locas.  
Hac est NOBILITAS, toto qua clarat in orbe;  
Clara domi est, qua de stemmate, divitijs.

*Fervente seriùs prælo  
præmissum*

à

CHRISTIANO CARPZOVIO J. U. D.  
p. t. Academiae Electoralis Franco-  
furtanae RECTORE, & Professore  
Publ. Ordin.

**R**

*ES rara in terris est docta modestia, nec  
non*

*Nobilitas humilis, Arsque, tumore carens.  
Candide PALBITSKI: Tibi in his ego por-  
rigo palmam:*

*Jureque praecunctis Te super astra veho.*

*Nil doctrina valet, quam typhus farcit & inflat,  
Contemptorque animus cui comes ire solet.*

*At doctrina valet, quam mansuetudo coronat:*

*Ex Te completo quae velut orbe nitet.*

*Cetera praetereo. quis enim suadain atque nitelam,*

*Quis valeat dotes enumerare tuas?*

*Macte igitur virtute tua floresce, vigesce:*

*Sic MOSES nobis atque CALEB seris.*

*Domino atque Amico suo*

*inter Nobiles doctissimo,  
inter doctissimos Nobilissimo,  
inter utrosque modestissimo,*

*occinuit venerabundus  
& gratulabun-  
dus*

**GREGORIUS FRANCUS**

**S. T. D.**

**Nobili**

Palbitki

let.

orbes;  
ivitij.

J. U. D.  
s Franco-  
Professore



Nobili & Generoso Viro-Juveni,  
DN. GEORGIO PALBICIAE à Nemitz/  
EQVITI POMERANO,  
post plurima  
enthae indolis, doctrinae elegantis, &  
pectoris generoso honesto incocti,  
ac modestiae singularis  
specimina,  
biennii circiter spatio exhibita,  
ex Academia Viadrina  
discedenti.

**S**ive hominem faciunt Virtus Doctrinaq; clarum;  
Sive Os facundum, Nobile sive genus:  
Tu certe multis aliis es clarior Unus,  
PALBICIAE columen delictumq; domus:  
Incluta te Virtus quoniam & Sapientia clarant;  
Dicendiq; lepos, Nobile itemq; genus.  
Hinc Academia eras praeclens gloria nostra,  
Et Decus absq; pari, donec alumnus eras.  
Non ea te lecto gavisum vidit, & umbrâ,  
Luxu ve, ingentes qui populatur opes.  
Nocturnis vidit sed te impallescere chartis,  
Deq; die in studiis assiduum esse sacris.  
Frangere te vidit culto subsellia metro:  
Funderere te audivit dicta linenda cedro.  
Te paribus vidit comem, inferioribus aequum;  
Obsequioq; tibi conciliare Senes.

Deniq;



Deniq; non meminit quicquam te admittere, rectâ  
Cui non adplaudat cum ratione pudor.  
Unde ab itum dolet ipsa tuum, desiderioq;  
Angitur, & tenero flagrat amore tui.  
Sed tamen ire bonis a vibus, gressuq; citato  
Optat, quò Virtus & vocat ipse DEUS:  
Qui te praeficiet populis (mibi crede) regendis:  
Moxq; dabit Celsi Principis ore loqui.  
Esto memor nostri, qui vota precesq; subinde  
Pro vitâ facimus, proq; salute tuâ.

M. CHRISTOPH. NEANDER,  
Academiae Francof. Profefs. Eth.  
Ordinisq; Philosophici Senior,  
animi & benevolo adfectu,  
& sincero iudicio scribb.

**E** Cquid, Nobilium Phosphore siderum,  
Et clara Oceani Fax Pomeranici,  
Gressum tam subito corripis, & Ducem,  
Tecum Sicelidum, & montem Heliconium,  
Totum corripis? En Tu simul ac pedem  
Portâ detuleras, efferus ad fores  
Gradius stetit, & musica protinus  
Invasit sine discrimine pulpita!  
O quàm veridici tunc nimis augures  
Fatorum extitimus, de quibus, arbitris  
Semotis licuit plurima candidè  
Nobis differere, & congerere in sinum!


A 3

AR



Ast verè ô miseròs in sua Apollines  
Vel veros mala! Si propositum tuo,  
PALBITZKY, est animo, *corculum amabile,*  
Aut huc ad cathedram invisere Iasonis,  
Matura aut studia obferre Palatii  
Conso Brennonii, & sic patrio foro,  
(Sanè Marchigenis & Pomeranicæ  
Nunc Genti est eadem Patria. nam Pater  
Est Idem Patriæ.) fac reducem tuo  
Cum vultu faciem Pacis amabilis  
Contemplemur, ut hoc sub clypeo, Themis  
In florem redeat, mœsta Academia  
Instauretur ovans, & fora, libera  
A Martis strepitu, jura reciprocent,  
Sit punctisq; locus Consiliaribus:  
Ut docti vireant, inter & inclutos  
PALBITZKY vireat Nobilior Viros,  
Jamdudum meritâ ornatus adorea.  
Hoc dimitto Meum, Hoc excipio Meum  
PALBITZKY augurio, coelo utinam rato!

TOBIAS MAGIRUS  
Professor.



Nobilif-

Q  
Prosequi  
Nec  
Sapè etia  
Sern  
Non secu  
PA  
Cujus er  
Pra  
Nontam  
Fun  
Quàm r  
Et s  
Doctora  
Ing  
TE nisi  
Dis





NOBILISSIMO

JUVENI,

αοιδῶν ἠδίστῳ καὶ καλλιρρήμονεσαίτῳ,  
καὶ ὄντως πανθίας τῆς δεξιῆς τε  
καὶ πολυμαθείας ταμείῳ,  
μεγάλῳ τῆς πατρίδος ἀστέρι,

**Q**ualis mæsta parens, patrias ubi deserit oras  
Unicus, inq̄, aliud tendit abire solum,  
Luget, & amplexu frustra retinere laborat,  
Extera pellit amor visere regna foras,  
Prosequitur voto lacrymans tristissima euntem,  
Nec plus quàm, Fili, quando redibis? ait;  
Sapè etiam Nati falsâ sub imagine somni  
Sermones gratis, sed cupienter edit:  
Non secus alma Tuum discessum Academia luget,  
PALBITSKI, Aonii gloria prima chori,  
Cujus eras nuper cives clarissimus inter,  
Prænitet ut parvis Cynthia sideribus,  
Nontam prolixâ serie tumefactus avorum,  
Fumosisq̄, ferox semper imaginibus;  
Quàm varias reddens nomen sublime per artes,  
Et studii exaugens nobilitate decus.  
Doctorum omne Tibi punctum parit atq̄ favorem  
Ingenii flumen dadala visq̄ Tui.  
T E nisi tergemini meritiq̄, vadantur Honores,  
Discessum reditûs spe propiore leva.

f.

M. JOANNES MOLLERUS,  
Scholz Francof. Rector.

Abitum

MAGIRUS

for.

Nobilis.



*Abitum suum memoranti,*  
παρωδιὸν ODES HORATIANÆ,  
Quum tu, Lydia, Telephi.

**Q**VUM Tu, PALBICIÆ domûs  
Spes surgens, abitum commemoras Tutum;  
Plaustra & proxima: vœ meus  
In moerorem animus protinus it gravem:  
Tunc nec cor mihi, nec color,  
Certâ sede viget; humor & in genas  
Destillat cerebro. Tuis  
Sic lentis penitus maceror ignibus!  
Uror, seu nivei Tui  
Submotum iri, animo concipio, decus  
Oris: sive bona Ingeni,  
Non querenda alibi, mente recôgito.  
Non, si vis ea mî foret,  
Hinc tolli pateret tanta charismata,  
Queis Te munificentia,  
Cœli largifluis compluit imbribus.  
Felicis ter & ampliùs,  
Queis optanda Tui copia mox erit!  
Te servet vegetum Salus:  
Te fortem recreet Salus:  
Cœli Te favor obtegat:  
Cœli Te favor evehat.  
Bellè sis, ubi vis loci.  
Sit re omni lepidè Tibi.

Ad vo.



Ad votum Tibi res fluant.

Gaude, & rem gere prosperè.

Coelo vive, vige solo.

Sint dona hæc Tibi propria.

Sit laus hæc Tibi propria.

Noster dicet *amor spiritum ad ultimum.*

*Επιθμια*

De symmetricis ultimæ strophæ versibus.

**N**obile depositum coeli, *mea magna voluptas,*  
*Agnosce amoris, Anime mi, cumulum mei,*  
*Cælorum gyros votis superare rotantes*  
*Conantis, ac vix sic loquentis sat sibi.*

*Delectum ex numero Tu versibus assere versum;*  
*Aut si juvat nil posthabere, Tua optio est.*

*Επιταγμα* PARODIUM ODES,  
Musis Amicus.

**J**EHOVÆ amicus terricula & metus

Tradam protervis in mare *Balticum*

Portare ventis, quænam ab *Arcto*

*Teutonia* immineant phalanges,

Quonam *Amurathes* provocet, unicè

Securus. O cui copia narium,

Transgressa lustrum *Nata*, ridet;

**P**ALBICIO euge meo *Coronam*

*Heroi* apricis nectito floribus.

Cassi Patronis nil agimus. Geret

Olim *Patrem* planè *benignum*

Hic Tibi, Fratribus & tenellis,

B

*ΠερσΦωνια*

Ἠὸς Φωνηαί,  
Cum

# CORONA,

per

Filiolam sexennem,  
Non elaboratum ad pedem,  
discedenti porrectâ.



Herrlich thut

mich verlangen.

**S**es dann also beschloffen/ **P**AEBYZEN Edler Helde/  
Zu ziehen unverdrossen/ Ewr thun habe angestellt:  
So will vns ja gestemen/ Ihm zu bezeigen Ehr/  
So viel als immer Ihme/ Gereichte kan werden her.  
Dencken muß Ich mit Preise/ Daß Er auß Freundlichkeit/  
Nach des Pompeji weise/ Der zu der Griechischen zeit/  
Der Majestet Sitz wehrend/ Vntr Posidont Dach  
Eingiang/ offt vnser Elend/ Besucht/ das Trauer Dach/ <sup>B</sup>  
Dahin der Krieger Kulen/ Was flüchtig han gemacht/  
Aus Joachim Friedrichs Schultē/ Noch aller Welt geacht.  
Ewr Programm herrlich/ Vbr meiner Ruhm hinterre  
Geschrieben wol vnd zierlich/ An tag genugsamb gibt  
Ewr Gunst zu vns/ Ewr Frömbheit/ Erfahrung der Schrifte  
Gotts/ vnd der Natur Weißheit/ Vergessenheit mir nicht  
Der Vder/ die Ihr für andern/ Gelesen Nacht vnd Tag/  
Sampt den gelarten Rednern/ Weysen/ vnd was zur mag <sup>Bon</sup>

(α) Plin. lib. 7. N. H. c. 30. (β) Georgl Rollenholz, *Recloria olim  
Gymnasl Magdeburg. anno 1601. hac transeuntis diversorium.*



Von Neuen oder Alten  
 Oder von mannigfaltigen  
 Was soll dann Ich fürbringen  
 Ich kan nicht lassen erklingen  
 Solt Ich können erreichen/  
 Nicht genug können austreichen:  
 Die Hohen Sinn vnd Gaben/  
 Euch vber All erhaben/  
 Membe an zu gefallen/ bitte Ich/  
 Vnd laßt es einflechten sich  
 Wie vnter die Steghaffte/  
 So Ewer Kunst Tugendhaffte  
 Vnd wann es nun wird schicken  
 ( Welchs Ich herzlich ihu bitten/  
 Daß Ihr dem Vaterlande/  
 Seyn werdet zum Beystande  
 Wie Pindarus Theroni  
 Einr Stützen Agrigenti;  
 Städtepfleger Ihn geheissen  
 Wann G D E E wird Heyl beweisen  
 So denckt auch an diß Kränklein/  
 Denckt Mein/vñ meiner Brüdlein Auch alsdann gern von fern:  
 Folgend hierin G D E E S Ehren/  
 Auffß Niedrige zu sehen  
 Fahrt hin/ Edler Patrone:  
 Zum hohen Himmels Thronel  
 Gemacht zur Freud vnd Wonne  
 So vbraut schawen die Sonne.

(γ) Olymp. Od. 2.  
 Ἐρεῖσμι' Ἀκρογάνῳ,  
 εὐωνύμων τε πατέρων  
 αἰῶτον, ὄρετόπολιν.

Poëten je erdacht/  
 Geschichtschreibern sein fürbracht.  
 Euch Edlem Herren mein?  
 Ewer Lob: muß stille seyn.  
 Was Hochgelahrte Leut  
 Den Ruhm Ewer Tapfferteit/  
 Damit die G D E E J E N Gnad  
 Vnd hoch gezieret hat.  
 Diß grüne K R A N Z E I E J M/  
 Vmb Ewer Haupt so rein/  
 Von Lohrberbäumen/ streuch/  
 Allseits zu sich zeuch.  
 Der Allergütigst G D E E/  
 Vnd sagt's allen der Muth)  
 So jekt bedrenget hart/  
 Ein Seule guter Art/  
 Das Lob gegeben gut/ γ  
 Berümbter Eltern Blüt/  
 ( Verzeiht mir meine Wort ):  
 Durch Euch an manchem Ort;  
 Geslochten Ewren Ehrn:  
 Der vom Himmel hernidr  
 Ihm nicht leß seyn zu widr.  
 G D E E mach Euch selbst die bahñ  
 Wann Er Euch vor wird han  
 Der Menschen lange Zeit/  
 Fahrt hin zur Seligkeit.

D. M.

B 2

ΕΥΧΩΛΙ-

nicht verlangen.  
 Edler Hildt  
 angefall:  
 en her.  
 ligkeit/  
 hen soll  
 ch  
 wer Dach?  
 macht/  
 acht.  
 n hinreißt  
 gibe  
 Schrift  
 nicht  
 19/  
 zur mag  
 Bon  
 Floris olim  
 verforium.

Εὐχολομαῖσι,

Provecto à Ponte Viadrino,  
octiduo post exulto,  
nuncupati.

**Q**ua votis petimus, JEHOVA, nostro  
Praesta PALBICIO, Piorum ocello,  
Matris delicio, Patris Smaragdo,  
Virtutis speculo, Horreo librorum,  
Præclari Myrothecio profatûs.

Qui à nobis rapitur, minante Marte;

Ad nos fac redeat, favente Pace:

Ac, nostro, aut alio sub axe vivat;

VIVAT, nosq; hilaret spei potitos.

Orbis lux & amor sit ingementis,

Coeli stella micans triumphum agentis.

ME O,

Cujus solidè gaudeo gaudia,

Optimo ac amantiſſimo,

Æternùm amando,

Οὐκ ἐγλελασῆς τῶν ὀμιλῶντων, —

Ἀλλ' αὐτὸς ἔπαρῃσι καὶ γυῖς ὦν φίλοις,

GEORGIUS MELLEMANN,

Gymnasii Electoral. Joachimici

Con-Rector.



Consule

Consule VIR, fac Vota SENEX,  
JUVENISq; labora.

Ἔργα νέων, βυλαί τε μέσων, εὐχαί τε γερόντων.  
Vota Senum, Consulta Virum, Juvenum quoq; Faeta.

Der Jungen That/ Der Mitlen Rath/  
Der Alten Wundsch/ sind selten ombsonst.  
GENEROSE,

Non potuit sibi temperare is, qui crescenti Gloriæ Tuæ  
devota hæc Propemptica, à Typôtheta mendis vin-  
dicavit, quin votis illa terminaret, omnibusq; reli-  
ctæ ejus apud se Epistolæ, quam Academiæ nostræ  
Senior septuagenarius,

Annos perpetuâ gerens juventâ,

[ô si non annis, sed seculis multis, SEMIMORE \* beatus,  
Papinii hunc elemento auctum audiat versiculum!]

NEANDER, eo die, quo Tu in arenâ pulcherrimè  
stabas, benevolentissimè ad Te scripsit.

Cui subjectum hinc videbis Responsi Tui, indigni situ ac  
tenebris deputati, exemplū, sub discessum Tuum Tua  
inter adversaria repertum. Scripta hæc si arbitrio  
prolata alieno, teq; inscio publicata, Modestia indi-  
gnabitur Tua,

Et Pudor, & docti legem sibi dicere mores:  
esse in hac re culpam meritam non negabimus; sed eâ  
quin sit ignoscenda Virtutis Tuæ adituis, nec Tua  
nec cujusquam cordatorum negaverit Æquanimitas.

VIVE, VALE, sospes, felix, hilarisq; perennè:  
Æternis cumulet Te DEUS, oro, bonis.

\* Carion sub fin, 6. Chron.

Ex Utroq; Nobili Viro Juveni,  
DN. GEORGIO PUEBZERN à Nemitz/

Equiti Pomerano,

Theologo & Juris-consulto eximio,  
Philosopho & Philologo præstantissimo,  
Oratori & Poëtæ elegantissimo,  
Domino & Fautori honorando.

Sal. & Off.

**T**ractatum tuum, Nobiliss.<sup>z</sup> gentis & Generosiss.<sup>z</sup>  
mentis Juvenis, Fautor æstimande, de Jure Per-  
sonarum, pro quo transmissio gratiam, quam de-  
beo, habeo maximam, avidè perlegi: in eoq; & Charit-  
tes, quod de Callimachi olim operibus dicebatur, manus  
abluisse suas; nec Catonem gravitatem, neq; Lælium  
lenitatem, neq; Casarem colorem, neq; Hortensium dis-  
tributionem, neq; Celsum argutias, nec parsimoniam  
Sallustium, nec opulentiam Avitum, neq; Gracchum  
impetum, neq; Crassum maturitatem, nec calamiæstros  
Macenatem, nec Quintilianum acumen, requirere pos-  
se deprehendi. Quo nomine & Tibi, & Parentibus  
tuis, & Patria, & reipubl. literaria, imò Christiana u-  
niversa, Academiaq; nostra, cujus nobile membrum es,  
gratulor.

Macte animi ingeniiq; tui! sic ibis ad astra:

Hac coelumq; petes viâ.

Ut autem & tu intelligas, Tractatum tuum bracteatum  
non vellicatim, ut ille ait, & saltuatim, nec obiter &  
perfunctoriè, sed in solidum, & cum curâ mihi lectum;  
& ego Opponentis quasi partes, quas in publico per va-  
letudiæ



letudinem loco obire non licuit, privato hoc agam scri-  
pto: conjeci, qua inter legendum notavi, in adjunctam  
pagellam: de quibus non tam meam sententiam Tibi  
aperiendam, quam tuam exquirendam duxi. Nec Tu,  
qua es moderatione, fraudi mihi esse fines libertatem in  
theses tuas inquirendi: Et tibi tam facile erit ijs, qua  
contra dicentur, respondere, quam descendit imber cum  
pluit, aut vulpes pirum comest: quod in publico quoque te  
fecisse, Et longè illis, qui linguam, quam in tabernis Et  
circulis habent promptissimam, in cathedram ubi vene-  
runt, ita cohibent, ac si Angeronam matrem, Carpocra-  
tem patrem habuissent, dissimilem fuisse, magnâ cum volu-  
ptate intellexi: imò ita futurum prævidi: nec mirum.  
Nâ ut illud Venusini vatis paullulum immutatū usurpè:

Rem tibi Socraticæ monstrârunt, ô bone, chartæ,  
Verbaque prævisam rem non invita sequuta.

Alit in te perpetua lectio ingenium, quod nisi jugi lectio-  
ne reparetur, agrescere solet: Et quia, teste Boëthio, nul-  
la magis ad animum disciplinis via quam auribus patet;  
publicas quoque Professorum lectiones non fastidiosè neg-  
ligis, sed assiduò frequentas: tametsi divinitate ingenij,  
tu opte Marte, sine magistris proficere, Et instar Mani-  
lii Senatoris Romani, doctrinis nobilis doctore nullo  
esse potueris; neque ignores, apud veteres auditoris no-  
men in contumeliam transisse. Proinde nec

Semper es auditor:

Sed intra breve temporis spatium bis cathedram con-  
scen-

scendisti, & de rebus juridicis atq; politicis magno omni-  
um applausu disseruisti, ac subsellia versu, ut Juvena-  
lis utar phrasi, subinde fregisti. Factatum pro verbii  
modo inter Græcos olim fuit, ὅτι ἐστὶ πειθῆς ἰερόν ἄλλο, πλὴν  
λόγῳ, prater orationem non est persuasionis sacellum.  
Id in tuo quoq; ore sedem defixit: tibiq; seu liberum, seu  
ligatum placet alternare sermonem, intonare, ut ille ait,  
ambifariam suppetit.

Bene vale, Nobilium gemma: quem prævideo pro-  
pediem futurum adflicti Christiani

Senati columen, præsidium populi:  
de quo illud Ovidii usurpari poterit,

Fortisq; viri tulit arma disertus: aut Sidonij,

Pugnacis tulit eloquens coronam:

à quo non multum abludivit distichon thesi 103. allatum:  
cujus prima verba operarum fortè typographicarum  
incuria transposuit: auctor verò est non Benckendorf-  
fius, sed Albertus Fridericus Mellemannus, Simonis  
ICTI F. Poëta elegans & argutus, Cl. DN. Georgii Mel-  
lemannitui, gentilis. Bene vale, inquam: & quæ non  
carpendi studio, à quo longè absum, sed candido & beni-  
volo animo scripsi, eodem, quo soles, accipe: & amore  
me tuo complecti perge.

Ex museo meo ad d. III. Id. Oct. Juliano anno Messia Regis aterni  
Cl. 12. CXXXVI,

Qui Generosam Tuam Nobilitatem  
amo & æstimo,

M. CHRISTOPH. NEANDER  
manu meâ, licet ægrâ,



SPECTABILI,  
Amplissimo, Clarissimo atq; Excellentissimo  
Viro, Domino

M. CHRISTOPHORO NEANDRO,  
Polyhistori Sophoq; incomparabili, &c.  
Domino meo & Præceptori perpetuâ  
pietate colendo.

Salve omnium, quos amare, quos æstimare ac sus-  
picere debeo, Præclarissime atque Excellen-  
tissime.

**Q**uibus verò laudum titulis hunc compellabo  
tandem: qui Sibi Debitas, mihi inscripsit; imò  
qui quasi Proprietatis Jure suas, effusis affectûs  
protuberantis habenis, in me contulit? Si pares  
conatui vires expertus ego, si adeptus facultatem eorum  
quæ voluntas suadebat, quorum amatorem me gessi, pos-  
sessor essem: vix tamen referre dignas valerem. Po-  
tens ille super omnia, Sapientiam petentibus, infirmis  
Virtutem pollicitus; istas mereri me faciat, quibus in-  
geniosa Sapientia me Tua Facundia insignivit, ne indi-  
gnus videar; secernat me vulgo & literatorum & No-  
bilitum, eòq; provehat, quò cogitationes meas semper di-  
rexit, ne ingratus manere cogar. Gratias enim debe-  
re me, nisi intelligerem, despiciatui meritò forem, ut stu-  
pidus; si dissimularem, reprehensionem justè incurre-  
rem, ut iniquus; si negarem, odium agrè effugerem,  
ut improbus. O felices nimirum pagellas meas; si le-  
gunt, qui amant; si intelligunt, qui legunt; si censent,  
C qui

qui intelligunt! A CHRISTOPHORO NEANDRO  
castigari, honorificum duco; amari, gloriosum; lauda-  
ri, triumphale ac palmarium. Quippe, in omnibus po-  
tioris sortis deliciis, ecquid blandius, eorum favore, qui  
Docti? quid pulcrius, eorum applausu, qui Magni?  
quid utilius, eorum scrutinio atq; examine, qui Boni  
sunt? Hi scilicet amant, quos laudare possint; laudant,  
quos non amare non possint; castigant, quos amatos lau-  
dare coram pluribus, amariq; laudandos à pluribus cupi-  
unt. Sæpè me, sæpè sic igitur (ex animo, Davidis illud  
pronuncio) Percutiat me Justus in misericordiâ & in-  
crepet! id malo profectò, quàm pretioso ab alijs un-  
guento deliniri. Magis etiam, cum Augustino meo,  
amabo inspicì à rectis, quàm timebo morderi à perversis.  
Gratanter enim suscipit oculum columbinū pulcherrima  
& modestissima caritas; dentem autè caninū vel evitat  
cautissima humilitas, vel retundit solidissima veritas.

Priorem in Toga, quam corripendam ignorare non  
potui vel ex vulgato Ciceronis illo:

Cedant arma togæ, concedat laurea linguæ:  
à fronte hexametri nimio factam priorem,  
————— miror, & idem

Indignor. —————

Metri interim peritus Lector membris nescio quò disje-  
ctis transpositione facile medebitur contrariâ.

Verecundiam meam gaudium solatur, cujus blandior  
exinde fomes hos intimos sensus titillat, quòd crude spe-  
cimen

cimen  
à tant  
cum cu  
à NE  
que po  
primar

Q  
M  
Q

Hoc m  
ominar

Is audi  
M. Mo  
felici P  
meo ce  
ratorun  
latentis  
ni Amo

Dab



*cimen industria in Jure mea, & fritinnientis primulum,*  
à tanto viro non obiter aut perfunctorie inspectum, sed  
cum curâ perlustratum videam. Beneficium fuit legi  
à NEANDRO: jam quanti est muneris instar, censeris?  
quæ porro felicitas, probari, erit? Ac versibus uti ex-  
primam, quod sentio:

Quem non laudati laus excitet ampla NEANDRI?  
Me certè, non in fastum, sed robur, in altâ,  
Quâ contendo, viâ ad PRETIUM NON VILE LA-  
BORUM.


Hoc mihi, Venerande Præceptor, Sapientissime Senex,  
ominari & apprecari perge; largiatur Supremus ille, qui  
Scit desiderium Cardiognosta meum.

Is audiat hesterna etiam vota, quæ monitu cultissimi  
M. MOLLERI de castissimo mentis incensa penetrati  
felici Perennitati Tuæ concipiebam. Hac adventui  
meo ceu pia munuscula præmittere debui ad Regem lite-  
ratorum, quem veluti Numen aliquod hucusq; tacitâ  
latentis affectûs Religione colui, jam expressiore Æter-  
ni Amoris ac Honoris cultu

Devenerabor

GEORGIUS Palbickij à Nemitz  
Eques Pomer.

Dab. reversus à publicâ Pandectarum lectione D. NEANDRI,  
Prid. Id. Octobr. anno 1636.



Faint, illegible text at the top of the page, possibly a title or header.

Q. ... ..  
... ..  
... ..

... ..  
... ..  
... ..

... ..  
... ..  
... ..

... ..  
... ..  
... ..

... ..  
... ..  
... ..

DFG  
8118



Carmen Elegiacum quod scripsi Joanni Baptista Gebelio  
Svidnic. Silesio Pastori Ecclae in Raciborow.

cum praedum Magistrum nancisceret Decano  
M. Theodoro Berto 17 Calend. Maij  
A. 624. aetate meae 19.

Ita bonis avibus GEBELI, quos Deus Autor,  
Cui te fata vocant, ita bonis avibus.

Magnum opus adgrederis, sed, quod tibi cine fultus  
Numinis atberei, fortiter expedies.

Ambuet orantis linguam locuplete Suada,

**SPIRITUS** Orator caelicus ille, tuam.

Seminium disperge **DEI** per cordium agellos:

Nec sine mole preces, aut sine fruge, dato.

Et vineta **DEI** assiduo accubudq; labore

Percole, quo fructus mille, supraq; ferant:

**BAPTISTAM** ex cathedra **BAPTISTA** imitare tonantem

**GEBELI!** vera pro pietate puta:

Instrue non-doctos, errantes corrige, fractos

Erige, confuta dogmata vera minus.

Sic vivente volent tecum partizier annos

Prospera dicentes quos sacra dicta feres.

Sublatiq; olim manibus, sine pondere terram

Manibus optabunt, (sed bene sero) tuis,

Cum tuba te rupta tumba revocabit ab umbris,

**IOVA**, mei pastor dicet, adesto, gregis;

Ambrosia rursus te pascam & nectare; quare

Magna cape astrati pramia, carpe, poli.

Hoc penitis animi penetrabilibus opto, precorq;

**JANE** mihi multo n nomine care! **VACE.**

ULB Halle

3

002 062 674









123

# EMPTICA,

*Ad*

ntem in ardua,  
I VIRUM-JUVENEM,  
tuti simillimum, &  
ntelligi Virtus potest,  
laudandum;

# RGIIUM Palbicki

*Nemik!*

# Pomeranum;

*Cum*

Viadrinâ, laudibus, quantæ  
ri, aut optari ab homine  
, publicè ac privatim  
reportatis,

orum formandorum,

# EMPLAR

ine exemplo  
propositus;

&

# MENSURA Voti

factus;  
n, Domini clo lo cxxxvi,  
um sibi in Patriam  
pararet;

# SCRIPTA

à

RIBUS & AMICIS.

MICHAELIS KOCHII.

